



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 62. Mauri ab Archiepiscopo Toletano ad suscipienda Christianorum  
sacra sollicitati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

byteros ac Monachos data opera convocabat, eosque ad Toletanum Archiepiscopum in itinere constitutum remittebat, ut ab eo Regis consilia penitus edocerentur.

Sæcul. XV.

A.C. 1499.

## §. LXII.

*Mauri ab Archiepiscopo Toletano ad suscipienda Christianorum sacra sollicitati.*

Ergo hi ad Archiepiscopum Toletanum deducuntur, a quo perhonorifice ex-  
Marian. ib. cap 5.  
 cepti perceperunt, quod ea, quæ in montibus ad conflandam seditionem hucus-  
omez de vita  
 que agitata fuissent, Regi atque Reginæ probe comperta essent, hi tamen Principes reis veniam pollicerentur, ea tamen lege, ut ipsi vicissim sponderent, se nil intentatum relicturos, ut Granatenses incolæ ad amplectendam Christi fidem permoverentur, proin ipsi primi exemplo suo aliis prælucere, ac Christiana sacra reciperent, cum res ab eorum arbitrio dependeret, & nil reliquum esset, quam ut vel mortem, vel fidem, quam eorum Rex profiteretur, seligerent. His verbis Morabiti & Alfaquini, ( hoc nomine Mauri suos Sacerdotes, & Monachos appellitant ) velut fulmine tacti, se seditionis minime conscios, cetera ad quæcunque iussa paratos esse declarabant.

Marian. ib.cap 5.omez devitaXimen l. 2.Surita tom.5. l. 3. c. 44.

Sæcul. XV.  
A C. 1499.

bant. Tum haud vulgaribus benevolentiae signis cumulos, ipse Rex, ejusque Conjux fericis vestibus, rubrisque vitis coccineo grano tinctis donatos a se dimittebant, atque ex illo temporis articulo Infidelibus hisce ad Christi fidem convertendis strenue adlaboratum est. Toletanus quoque Archiepiscopus Granatensibus suam operam dicabat, ut communis totius populi conversio urgeretur, brevique tanta sacro fonte ablui petentium copia certatim convolabat, ut in Baptismate Ecclesiasticos ritus omittere, necessitas præciperet.

§. LXIII.

*Zegri Maurorum Princeps suscepta fide Baptizatus.*

Rex & Regina tam prospero pii consilii successu lætissimi, Hispalin revertuntur, verum illis vix abeuntibus mox seditio recruduit, ac Neophyti publice multis conviciis lacessabantur: unde ad sedandos hosce tumultus, Archipræsul Toletanus, qui Granatæ remanserat, concessa sibi potentia, ac auctoritate utebatur, & publicato edicto, necnon proposita carceris poena inhibebat, ne cives ulla cogent conventicula, nec religioni injuriosos sermones miscerent, aut regenter conversos incolas verbis, vel

*Alvarez Gomez lib. 2.  
Raynald. ad ann. 1499. num. 3.*